Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38126
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



42

nomen xpi. & nunc omnis lingua ipsum
meditatur. & dixit in semetipso; Putoni est
haec ephesiorum ciuitas. qui aedificium
eius eius aliud est. & sermones xpianorum
sunt; & dicebat in semetipso; Aliam
ciuitatem nescio iuxta nos; Et stetit cogitans
in semetipso. & occurrit quendam iuuenem.
& interrogauit eum dicens; Quod est ciui
tas huius nomen. & dixit ei iuuenis; Ista est
ephesorum ciuitas; Et in his cogitabat malchus
in semetipso dicens; Nunc erraui in consci
entia mea. & egrediar de ciuitate ista. ne forte
errem & noceam adeos qui me miserunt;
Et ecce enim excessus mentis de in me, Haec
uero omnia malchus enarrauit. quando
ascendit in spelunca. quando manifestata est
resurrectio illorum. & scripta est uita eorum;
Factum uero malcho in excessu mentis & uolente
egredi de ciuitate. & eiecit argenteos &
dedit eis; Ipsi uero considerauerunt argen
teos. & miratisunt; & unus ad alterum
in sedib; uendentium panes. argenteos